



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 89. Mors Arthuri III. Britanniæ Ducis, & Connestabilis Franciæ

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

riensis vero & Varwicensis Comites, Sæcul. XV.  
trajecto mari, Caletum petebant. Ho- A.C. 1458.  
rum fuga pacem in Angliam revocavit,  
quæ etiam aliquamdiu ibi substituit.

## §. LXXXIX.

*Mors Arthuri III. Britanniæ Ducis,  
& Connestabilis Franciæ.*

Hoc anno ad finem declinante Francia  
sibi ereptum lugebat Artum seu Ar-  
thurum III. Britanniæ Ducem, qui idem  
Franciæ Connestabilis atque foederatus  
erat. Primam lucem aspexit Anno salu-  
tis millesimo trecentesimo nonagesimo  
tertio die vigesima quarta Augusti, Joan-  
nis V, & Joannæ de Navarra Filius se-  
cundo genitus, & vulgo Comes Riche-  
montius appellabatur, quo sub nomine  
Aurelianensis familiæ partes tuendas su-  
cepit, ac crebra fortitudinis suæ speci-  
mina dedit, præprimis vero Anno mille-  
simi quadringentesimo decimo quinto in  
pugna ad Azincourtum, ubi ab Anglis  
captus, atque usque ad annum millesi-  
num quadringentesimum vigesimum de-  
tentus fuit. Idem quamvis Gallicæ Na-  
tioni apprime addictus esset, nihilominus  
fervescientibus inter Regiæ domus Prin-  
cipes dissensionum tumultibus, Anglorum  
partibus adhæsit, eoquod ipse Rex Fran-  
ciæ unacum Regina adversus Delphi-

O o 2 num

**Scrol XV**  
A. C. 1458.

num proprium suum Filium Anglis fœdere juncti essent. Post hæc Arthurus ex Anglia redux, sese Burgundiæ Duci adiunxit, quem Delphinus, Carolus VII. appellatus, adepto Galliarum Regno sibi devincire studebat, unde illum die septima Martii Anno supra millesimum quadringentesimo vigesimo quarto Connestabilem Franciæ renuntiavit, eundemque in possessione Turoniensis Ducatus, quem ei Carolus VI. Delphini Pater jam olim donaverat, auctoritate sua firmavit. Anno millesimo quadringentesimo vigesimo nono in Normannia, & Pictaviensi Provincia Anglos sæpius devicit, eosque in proelio ad Patayam in Blesia penitus profligavit, delevitque; Pacem quoque conciliavit Burgundum inter & Regem, qui etiam Anno millesimo quadringentesimo trigesimo septimo Lutetias ingressus est, postquam Arthurus Parisienses ad Regis obsequium summa sua dexteritate revocaverat. Decedentibus Joanne VI. Fratre suo, necnon Francisco I., & Petro II. Nepotibus, ipse jure successionis Britanniæ Ducatum obtinuit, quem tamen haud diu possedit, fatis eruptus, sexagesimo quarto ætatis suæ anno, Connestabilis dignitatem deponere noluit, etiam ad Ducalem evectus, afferens, a se honorandum esse illud officium in sua senectute, quo ipse olim in juventute hono-

*Argentré  
Hist. Britan.*

honoratus fuisset. Supremam diem o-sæcul. XV.  
biit apud Nannetes hoc anno die vigesima  
ma sexta Decembris. Successorem ha-  
buit Franciscum hujus nominis secundum  
Britanniæ Ducem, Richardi Britanni  
Filium, qui vulgo Comes Virtutum dice-  
batur, & die vigesima octava Februarii  
anno sequenti Montbasoniæ Regi clien- *Montbason*  
telare obsequium profitebatur.

A.C. 1459.

§. XC.

*Papa Roma Mantuam profectus.*

Ineunte hoc anno Pius Pontifex, cum o-  
mnia pro Conventu Mantuæ indicto *Platin. in  
vita Pii II.*  
rite essent disposita, die decima octava  
Februarii (\*) Roma discessit, ubi Nico- *Comm. Pii II*  
laum de Cusa Cardinalem Legatum, *lib. 2.*  
necnon Principem Columnnam urbis  
Præfectum reliquit, præter quosdam Car-  
dinales, Auditores Rotæ, atque Caus-  
fidicos, apud quos Romana Curia, non  
minus quam Papa præsente, esse debe-  
ret. Præterea annuentibus Cardinalibus  
Decretum edidit, quo sancitum, ut Suc-  
cessoris electio, si ipsum extra urbem mo-  
ri

(\*) Pagius in suo Breviario Continuato-  
rem hic halucinasse notat, ex MS. Codice ta-  
bularii Vaticani comprobans, Papam de urbe  
recessisse die 22. Januarii.